Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



198

deus noster. Gē Exurge domine et operam nobis et libera nos propter nomen tuum. Deus auribus nostris audivimus patres nostri annunciaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum et in diebus antiquis. Johannem

In illo tempore. Jesus ascendit ad templum et docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit cum non didicerit? Respondit eis iesus et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina mea utrum ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quaerit. Qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum: hic verax est: et iniustitia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem. Et nemo ex vobis facit legem. Quid me quaeritis interficere? Respondit turba et dixit. Daemonium habes. Quis te quaerit interficere. Respondit iesus et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propter hoc moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex moyse est: sed ex patribus. Et in sabbato